

Bibl. Sem. Arch. di Udine (XVI/N/117)
BIBL. SETI. ARCH. di UDINE

JOURNAL AUTOBIOGRAPHIQUE
DU
CARDINAL JÉRÔME ALÉANDRE
(1480-1530)

PUBLIÉ D'APRÈS LES MANUSCRITS DE PARIS ET UDINE

PAR

M. HENRI OMONT

TIRÉ DES NOTICES ET EXTRAITS DES MANUSCRITS
DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE ET AUTRES BIBLIOTHÈQUES
TOME XXXV, 1^{re} PARTIE



PARIS
IMPRIMERIE NATIONALE

LIBRAIRIE C. KLINCKSIECK, RUE DE LILLE, 11

M DCCC XCV



HIERONYMVS ALEXANDER ARCHIEPISCOPVS
BRVNDVSINVS ET OTRVNTIVS ETC
M D XXXVI

Phototypic Berthaud, Paris.

JÉROME ALÉANDRE

Gravure d'Agostino di Musi.

Page 116.

At nostri procuratores ea spe, qua et reliqua pretiosiora recuperarent, noluerunt habere columnellum iratum, ideoque nihil contradixerunt, sed frustra, nihil enim postea redimi potuit, nisi cappa pontificalis, quam D. Angelus de Marinis, post discessum meum, per multos menses, scutis decem et octo redemit Lycii et ad me misit, quam recepi Venetiis, die 2 novembris. Capitaneus autem ille, qui eam habebat a nescio quo Lyciensi milite, fuit Lycii interfectus, reliquitque testamento ad pios usus 1,800 ducatos, nihilque cognatis aut affinibus. Audivimus postea Scipionem de Prato cappam meam ab eo capitaneo redemisse duc. 12, et iterum vendidisse nostris procuratoribus duc. 18.

Item nota columnellum Marcum Antonium Gallicianum fuisse jussu Collateralis consilii revocatum ab officio ob deprædationem Meianiae et detentum, tanquam reum criminis, apud marchionem Del Guasto, qui non, ut fama est, multum illi favere est solitus. Ita regitur orbis. Deus bene vertat. Hunc eundem columnellum postea interemit suus famulus Arcibuso, quum male ab eo esset tractatus ⁽¹⁾.

1529, 23 septembris, ex Hostuna, ὅτι Σέργιος Κασιάλδος κατεάγη τὸ σκέλος, καὶ ἔχει ἱερωσύνας ἐν Καλαβρία καὶ ἐν διοικήσει τῆς Ἀβέρσης, καὶ ἐν Βρενδυσίῳ. Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς διὰ τοῦτο κάθηται.

Ὅτι ὁ τῆς Ὀσίουνης ἐπίσκοπος νοσεῖ ἐκ διαρροίας καὶ πυρετοῦ· ἔχει δὲ πολλὰς ἱερωσύνας καὶ ἀββατίας ἐν γῆ τοῦ Βαρίου. Ταῦτα ἔγραψεν ὡς ἐμὲ Λοδοῖκος ὁ Καρδούκαιος ἐκ τῆς Ὀσίουνης ⁽²⁾.

1529, die prima decembris, ὠργισάμην πολὺ τῷ κακίστῳ Ἰαννίκῳ διὰ δικαίαν αἰτίαν, ὅθεν κάκιστα ἔσχον καὶ ἐπύρεξα.

Μετ' ἄριστον καὶ ἐσπέρας ὠργισάμενος τῷ Κυριακῷ ἀπὸ Μούσων καὶ βοήσας ἡσθόμην ἐπιδοῦναι τὸ πάθος τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὅθεν φόβος πολλὸς καὶ μελαγχολία τις. Ὀργῆς δὲ αἰτία κατέστη διὰ τὸ μὴ σοφῶς παραχθῆναι ὑπ' αὐτοῦ τάμου ἐν Ῥώμῃ.

Page 119.

3 decembris, mane, sensi aliquam puncturam veluti in trachea arteria, et post prandium magis, unde tussicula sicca et catarrhus salsus me vexare coeperunt. Ἔσται καλῶς.

4, ἐνέδωκέ τι τὸ πάθος.

5^a, post prandium, exivi primum domum, ambulavi a fraatribus Jesuatis usque ad finem fundamenti, quo mox conscensa cimbula navigavimus ad aedem Divæ Mariæ Majoris; hinc pedes ivi ad usque Minorum conventum.

Hodie, antequam exire domum, venit ad me D. Bernardus de Maris de S^{to} Pancratio, civis Lyciense, qui discessit Lycio in navi Victoris Musochi die 8 novembris.

Idem dixit mihi esse ad me litteras a domino Angelo, quas haberet quidam mercator Januensis, ipse autem reddidit litteras D. Archidiaconi et biduo post litteras domini Angeli, cum cambio duc. 100 au[reorum] hungarorum.

⁽¹⁾ Les pages 117 et 118 ont été laissées en blanc. — ⁽²⁾ Les deux notes précédentes se trouvent à la page 200; on les a insérées ici à leur date.

moria charum, mihiq̄ue semper ob ejus ingenium et acumen, addo etiam probitatem morum, carissimum, ab eo usque tempore quo Patavii, jam 27 annis, philosophiæ dabamus operam.

Die dominica 9 januarii, pransus sum apud D. Veronensem Murani. Post prandium audivimus Franciscum citharœdum et fratrem accinentem cithara. Petivimus D. Legatum, episcopum Polensem, mox etiam ducem Urbini repetiturum crastino die Paniam.

Die x, studui; post prandium motus est ingens catarrhus et febris.

Die xi, visitavit me febrientem D. electus Corcyrensis.

xiii, relata sunt *κάλλις* *περὶ* *Θυγατρὸς ἀδελφοῦ Οὕρσης*. Franciscus discessit Mottam. Semper pessime valui usque ad hodiernam diem, xv januarii, quam lenius habui me multo.

age 124. xvi, visitavit me bis Hieronymus Dominicus Valentianus, et pollicitus se mutuatum pecuniam. Visitavi D. Corcyrensem.

Die 3 februarii, sub lucem, discessit Jannicus Hispanus ad archiepiscopatum meum, habitaturus secum libere. *Ἔσται καλῶς*. Vectus autem fuit navi Falgheriorum patrono Joanneto de Syphanto.

Die Veneris 16 februarii, sub lucem, discessit D. Dominicus de Mussis, ad Pontificem et Cæsarem a me expeditus, hesterno die hora 24. *Ἔσται καλῶς*.

21 februarii, post xl et amplius dies hactenus, tempestas fuit serenissima et dies tepidi quales verni, ex[s]iccatae omnes viæ et pulverulentæ factæ regnantibus perpetuo tenuissimis Aquilonibus, ut tantum non leves aure viderentur, sed tanta siccitas in canalibus Venetis fuit, quanta nulla hominum memoria visa vel audita, usque adeo ut civitas non in mari, ut hactenus, sed in continenti modo non structa videretur. Hodie vero, hora 24, cœpit pluere flante Euronoto.

Σημείωσαι me ex evacuatione hesterni pharmaci et sobrietate nimia fuisse vexatum maxima fame; item motam etiam bilim multaque accidisse adversa domesticorum culpa; item dolere cœpisse humerum dextrum contusum diploidis sartura quinto abhinc anno, quando veni Venetias e castris. Unde non parvus subiit timor ne ea mala patiar quæ tunc.

Page 125. Item in vespera Dionysius, in via publica, crudelissime pugnibus et calcibus et capillorum laceratione tractavit Felicitatem, puellam notham domesticam suam, cum intolerabili feritate, unde mihi bilis concitata ad febris usque excitationem. Verberavi eum et decrevi omnino missum facere, quum nulla supersit spes ut ille unquam melior fiat, nisi Deus sua imensa misericordia succurrat. Et ne fratris filium deserere omnino videar, decrevi eum mea non parva impensa tradere educandum et erudiendum Francisco Amaltheo, ludi magistro probò et docto viro, Sacelli degenti. Deus bene vertat.

Die Veneris præterito, scilicet 18 februarii, venit Vincentius frater Motta; postridie

D. Maffeus Deo, pransus est apud me. Ego e nimio et intempestivo studio his diebus ægrotavi et ex animi molestia.

Die Jovis 24 februarii, ἔωθεν ψυχῆ; serenus dies atque etiam faustus et felix coronationi Imperatoris, quæ hodie fieri dicitur Bononiæ, et omnibus nobis rei que publicæ christianæ.

25 februarii, Vincentius Aleander rediit Mottam et duxit secum Dionysium, quem traderet educandum et erudiendum Francisco Amaltheo, ludi magistro, Sacelli.

Item presbyter Johannes una secum ivit visitaturus matrem et rediturus 2^a die XL^{ma}.

26, hora 2 noctis, visitaverunt me D. Jo. Jacobus physicus, uxor ejus, duæ filiæ et generi, ac etiam uxor D. Francisci Morelli et Vincentius Maranzonus, compater annuli secundi generi.

27, sub lucem, litteras e Bononia de coronatione Imperatoris, solenni cum celebritate facta Bononiæ, die 24 februarii, magna omnium satisfactione et optima spe.

Nota ruisse pontem temporarium e palatio ad ædem divi Petronii, quod testibus hic multis ego prædixeram.

Page 126.

Die 22 februarii, tota die nocteque pluit toto cælo; mox secuta est mane sequenti serenitas, quæ duravit ad hunc usque diem 3 martii, hora 24, qua scribo.

Die Martis 8 [martii], νυκτὸς ἐπομένης, πολὺ ἐσπούδησα, ὠνείρωξα καὶ ἔωθεν, pessime habui stomacho et dolore cordis immenso; secutus est fluxus diarrhoicus per totum diem Mercurii 9, nihilque edi aut bibi usque ad horam 3 noctis; biduo item antea ὠνείρωξα, sed non nocuerat.

x Jovis, priore nocte dormivi bene, non absque tamen calore intempestivo quo jam triduo laborari omnes dicunt, unde puto effusam esse mihi ad stomachum bilim, causam inter cætera incommoda horum malorum. Toto hodierno die fui admodum laxus, lassus, καὶ ἀσθενής, etiamsi comederim heri nocte et hodie carnes invitus profecto, sed ita non consulente modo sed et jubente medico, et pejora ominante nisi acquiescerem ejus consilio.

XI, dies nubilus post tot serenos; jam vero post prandium sub vesperam ventus vehemens, in vespera nonnihil pluviae et tenebrosissimus aer, et nocte sequenti ventus auctus est maximo cum maris murmure. Ego vero, nondum bene validus, ita studui ut reciderem.

XII, mane, dies aliquanto clarior non tamen absque vento, sub meridiem dies serenior factus et mox serenissimus. Ego, inter edendum holera, e nimio studio antea facto, sensi nescio quid rigoris et nausæ e cruditate stomachi, quod si succederet febris typum præ se ferret quartanæ.

19, hactenus dies calidi et sereni; hodie visitavi R. D. episcopum Theatinum⁽¹⁾.

⁽¹⁾ Lacune des pages 127 à 160. Les pages 161 à 167 sont remplies de notes de différentes années (v. plus haut p. 40). Au bas de la

page 125, un renvoi à la page 168 : « Infra, 168. » En marge de la page 168, un autre renvoi à la page 126 : « Supra, 126. »

Page 168.

Die 25 martii, Venetiis, D. Ludovicus Perona Lyciensis reddidit mihi litteras a domino archidiacono Brundusino, datas Lycii 6 martii; item litteras cambii duc. 230, ad l. 6, s. 4 pro ducato, solvendas per D. Jo. Dominicum Pencinum, Venetiis commorantem. L. Perona habitat in calle Albanensium . . . , prope S^{um} Philippum Jacobum et callem Rassarum.

Σημείωσαι quod, die 22 hujus mensis, sacratissimus D. Carolus V, imperator et rex catholicus, discessit Bononia Mantuam versus, ut inde post in Germaniam.

Item quod die sequenti, scilicet 23 martii, Pontifex in consistorio Bononiæ declaravit omnino se velle repetere urbem Romam, discessurumque die lunæ vel Martis proxime sequentis.

Die Martis 29 martii, hora 13, mane, facta est eclipsis lunæ.

30 martii, post tantam tot dierum serenitatem et calorem plusquam vernum, turbatus est aer, cœpitque pluere tenuiter.

31, aucta est pluvia.

Prima aprilis, ventus horridus cum pluvia fere tota die; in vespera tamen sol occidit subbrutilus, quantum per nubes videre licuit; secuta est nox serena.

2^a, tempus serenius, ventus ab Aquilone et mox a magistro, qui . . . dicitur, sparse tamen etiam nubes fuerunt, cum frigore. Post prandium visitavit me Rabi Elias, mox orator Anglus. Postremo circa vesperam venit Dominicus de Mussis Bononia.

Page 169.

Die Martis XII aprilis, adductus fuit Venetias Antonius Marius, nothus quondam fratris mei Danielis ex ancilla, qui persecutione prius Marietæ relictæ quondam Danielis, dum ipsa vixit, deinde negligentia fratrum et cognatorum meorum hactenus delituit multa passus apud quendam pauperem civem : unde conventionem cum eo facta pietatis ergo puerum eripui, quia, etsi ex ancilla, semen tamen nostrum est, ut dixit de Ismahele Deus ad Abraham. Venit autem hora XXI. Ἐστὶ καλῶς.

Die 14, Murani confessus sum lectori in conventu Divi Petri martyris.

Die 17, fuit Pascha, communicavi domi.

Die 18, comitia Magni Consilii indicta ad recipiendum ill^{mo} duci Baviaræ, fratri comitis Palatini Electoris.

Die 19, litteræ ex Urbe a D. Augustino de Mussis ad D. Dominicum ejus fratrem, per quas significat Pontificem, die XII hujus mensis, intrasse urbem. Ἀγαθῆ τύχη.

22 aprilis, tonuit primum hoc mane Venetiis hoc anno.

27, hactenus dies pluvii et ambigui aeris. Hodie, hora 13 et deinde, pluvia ingens post prandium, sub coitu lunæ hymber, tonitrua, grando. Visitavit me Nic. Granza Mottensis, mansitque mecum multis horis; supervenit D. Jo. Jac., physicus Parmensis, moratus mecum ad noctem.

28, post prandium, Paulus Ven[erius], patricius Venetus, post 25 annos me visi-

tavit; sub vesperam, D. Matthæus Dandulus, filius clarissimi doctoris et equitis Marci.

30 aprilis, ante prandium, dum scriberem, satis intento animo, ortus est repente veluti quidam spasmus in maxilla inferiore. Ἐστὶ καλῶς.

Page 170.

Die 5 maii, literæ ex Brundusio per dominum F. Petrum Pandum, ordinis Prædicatorum, oratorem Venetum ad Cæsarem, qui discessit Brundusio die 22 aprilis ⁽¹⁾.

6 maii, pransus est apud me F. Petrus qui supra; post prandium sensi stricturam pectoris et tussiculam siccam, molestam atque æterne periculosam. Discessit supradictus frater Petrus cum meis literis in aulam Cæsaris.

Die 24, mane, visitavit me supradictus frater Petrus, causatus se itinere unius diei ultra Tridentum audisse Cæsarem esse jam Augustæ, propterea non esse ausum ultra transire. O pulcrum oratorem Reipublicæ!

His diebus maxima animi molestia in respondendo ad litteras Fonseca et Alarcon super rebus archiepiscopatus, idque usque ad ægritudinem ut ne gravem.

Multa somnia mala, casus etiam birri bis eadem vespera, effusio aquæ in magna situla per nuntium puerum; somnium de sectis unguibus, urina multa, etc.

Die 27, post prandium, literæ ab Jacobo Huerne me suspensum ordinibus, instantibus Jacobo Salviati et Alexandro Caccia, super recognitione manus in chirographo cc ducat. Rem mihi novam et insolentem Deus bene vertat. Paucis post diebus, visæ sunt schedulæ in Rivo Alto et Divi Marci foro eadem de re.

Item die . . . , qua celebrata fuit processio Corporis Domini, quæ metu pestis suo die non potuit celebrari, visa fuit nova schedulæ similis in Divi Marci ostensa Dominico de Mussis a plebano S^{ti} Geminiani, qui postea fuit S^{ti} Pantaleonis.

Die . . . julii, facti sunt ignes lætitiæ ab oratore Gallo et Pontificio, super novis de restitutione filiorum Regis facta.

Die 16 julii, hora 2^a noctis sequentis, discessisse dicitur D. Dominicus de Mussis Venetiis Clodiam, ut inde Romam, negociorum meorum causa; ego vero suspicor ipsum delituisse ut interesset festo sodalium Floridorum, quod magnifico apparatu celebratum fuit die

⁽¹⁾ Les notes suivantes, datées de mai 1530, se trouvent à la page 201 :

Λουκρητία Παλαγάνα ἐκ τοῦ Τράνου, σὺν μητρὶ Ἄλδα, βέλλα, ὠραισιότατη γυνή. Ὑπῆρξε δὲ γυνὴ διδασκάλου τινὸς Χρυσοφόρου, ὑπὸ τινος Κυρναίου φονευθέντος· ἀπήγαγε δὲ Λουκρητίαν ταύτην Κάμιλλος Οὐρσίνος, στρατιᾶς Ἑνετῶν ἡγήτωρ, καὶ νῦν ἔχει, καὶ ἔραται αὐτῆς, ἀφ' ἧς σκιρροφωριῶνος α'.

Μεταλλαγή τῆς εὐχῆς τῆς νηστείας εἰς τιμὴν

τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἔθει τῶν Κωνσταντινοπολιτῶν, ἀπαξ καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα, τοσαύτης λειτουργίας τῆς αὐτῆς ἁγίας ἤτοι τὴν ἀνάμνησιν αὐτῆς γε ποιεῖν δι' αὐτοῦ, ἢ δι' ἄλλου ὁμοίως καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα.

Ἐτι ἐλεημοσύνην ἀπαξ, ὅσην ἂν θέλω καὶ κρίνω ποιητέον.

Ἄντι δὲ τοῦ μένειν ἐν Λαυρήτω καὶ θεραπεύειν ἓνα μῆνα, τρέφειν ἐκεῖ πτωχόν τινα τοσοῦτον χρόνον, ἤγουν α' μῆνα.

dominico 17 julii; alioqui, si vere discessit die sabbati noctu, timendum est ne procella maris sit vexatus, quia hodie tempus fuit nubilum et ventosum; et nocte sequenti, scilicet die dominico, auctus est ventus et imber, et strepitus maris auditus est maximo cum murmure. Ἐσται καλῶς.

22 julii, ex labore studii, ex disceptatione cum diversis ardor in spiritibus, devoravi pilulam aefanginam. Nocte sequenti, non bene valui angustia cordis.

23, timor a febre. Deus bene vertat.

Page 171.

Die Veneris 29 julii, visitavit me . . . Castellanelanus, aromatarius Oriæ agens, optimus artifex et in literis latinis atque etiam philosophia non parum doctus præ aliis aromataris nostri temporis.

Lunæ prima *augusti*, mane summo, discessit Vincentius, frater meus, qui venerat huc die Saturni 23 julii, noctis hora 2; itaque mansit hic dies 8 integros.

2^a augusti, mane, renunciatum mihi a diversis esse jam tertio factam publicationem schedulæ in Rivo Alto, instantibus Jacobo Salviato et Alexandro Caccia pro illis cc ducatis maledictis, quæ debet mihi Papa. Ἐσται καλῶς.

Hodie, ante prandium, e nimio trium prope dierum studio, sensi ebullitionem in tholo capitis, quemadmodum et alias in Gallia, et anno abhinc tertio in Calabria, præludia magnarum ægritudinum.

3^a augusti, nocte præterita, ὠνειρωξᾶ sub lucem, senseramque prius magnum calorem in vertice, sicuti etiam nunc sentio, hora 14. Ἐσται καλῶς. Aiunt Hebræi nefastum esse hunc diem nonum, scilicet lunæ hujus mensis, quem dicunt quintum, quo die peracta est primâ depopulatio Hierosolymitana sub Babylonio rege; item simili die, scilicet nona, qua captam aiunt urbem hanc a Tito. Ita dicunt Hebræi recentiores.

Hora 15, accepi casiam fistulam.

Heri, summo mane, obiit gallus, quem e Brundusio tot obsidionibus, tot depopulationibus, tot maris periculis ereptum mecum huc advexeram, pulcerrimum alitem et mearum ærumnarum comitem.

Intellexi a decano Clugiensi Dominicum de Mussis discessisse primum Clugia die Martis 19 julii, post missam.

Die 6 augusti, Saturni, hora 19, accepi literas satis bonas a Dominico de Mussis, datas Romæ, die prima hujus. Scribit se pervenisse Romam, die Saturni 23 julii, mansisse in mari dies x, ex quo hinc discesserat, locutum esse cum Pontifice die dominico ultimo julii, a quo ter quaterque fueram invitatus Romam. Ἐσται καλῶς. Pollicitumque esse Pontificem se soluturum Jacobo Salviato illos cc^{tes} ducatos ob quos, licet immerito, fueram a divinis suspensus.

Die 8 augusti, literæ ab archidiacono Brundusino, datæ Lycii, 8 julii, quod fuerit citatus Vincentius Cobellus Neapolim ad instantiam regiæ Cameræ summariæ ad osten-

Page 172. dendum, in termino xx dierum, quo titulo archiepiscopus Brundusinus tenet, vel saltem ego teneo S^{ci} Pancratii et S^{ci} Donati pagos, et archidiaconus fecit fieri procuratorium in persona D. Marci Antonii Pedelongi, doctoris provinciæ Hydruntinæ, ut ipse compareat; erat enim iturus Neapolim ob alias causas.

Item per eundem miserunt ad nuncium literas domini Capuani jam diu scriptas super decimis, et erant in manu domini subcollectoris Lycii. Ἔσται καλῶς. Misi has literas Romam ad D. de Mussis, die xi augusti hujus, scilicet in quibus scribitur de monitorio.

Die xii, hora 22, datæ fuerunt literæ cursori Veneto ad Dominicum de Mussis Romam. Ἔσται καλῶς.

Eadem die, misi presbyterum Joannem Mestrum cum ducatis n[ovis] V[enetis] viii, quibus solveret pro expensis famuli fratri suo et mulas cauponi.

Die xiii, discesserunt uterque Franciscus nepos et famulus Mestrum, ut inde hodie abducerent mulas Patavium, dedique Francisco nepoti duc. V[en.] n[ovum] unum.

Die Martis 30, hora 21, literæ ex Urbe a Dominico de Mussis cum brevi prorogationis ad sex menses a die 2^a augusti. Item quod scriptum est ad collectorem in regno ne molestet in decimis. Item fuisse præceptum camerario mandatum fieri ut solvantur pro me cc ducat. Alexandro del Caccia.

31, misi literas ad dominum archidiaconum Brundusinum et reliquos per marsilianam domini Andreae Falgherii.

Page 173. Die prima septembris, visitavit me Sacardus et D. Hieronymus Murarius legum scholasticus. Item nota me dedisse Sacardo, ut ferret ad Vincentium, ducatos novos V[en.] sex, præsentè dicto D. Hieronymo Murario.

Heri accepi litteras a Francisco Amaltheo, quod non sibi solverat Vincentius nisi ducatos 3 et duc. V[en.] 1 pro Dionysio, unde fui tristior, scripsi ad eum et misi ducatos V[en.] n[ovos] quatuor.

Die 7, mane, dum essem surrecturus, presbyter Joannes attulit mihi camisiam subversam; paulo post tonsor M. Leonis et meus, postquam mihi raserat caput, dum lavat barbam, repentina lipothymia deficiens, me irrasum reliquit; paulo post vestis mea suffulta martibus preciosis, extensa supra lectum, inventa fuit in terra, id est in pavimento, nescitur quo auctore; haud multo post, dum prandium inciperem, coquus meus, nescio quo spiritu dum mihi ministrare recusat, ita me irritavit ut eum nunc primum percusserim et expellerem domo. Noctu, nova M. Leonem, dum ageret contra quendam pessimum virum, nomine Joannem Angelum, præfectum vigiliam decemvirorum, dum magna expectatione speraret vires omnes eloquentiæ quamplurimis antestatis ostentaturus, ita frigide causam egit, ut nefarius ille fuerit absolutus, et universus populus in oblocutionem contra Leonem fuerit conversus, constantissimo rumore fuisse eum vel prece, vel precio corruptum. Quod si esset, atque adeo ne sit Deum immortalem precor, tanto sum affectus dolore, ex hoc vel

solo rumore, ut nihil magis mihi grave acciderit hoc anno, inter tot molestias, curas et pericula. Scripsi hæc hodie, id est die 8 septembris.

Scripsi nudiustertius, id est die 6, ad cardinalem Grimanium, pœnituitque me scripsisse nonnullis de causis, quia post jam datas literas consideravi non esse eas quæ ex mea officina procederent. Ἔσται καλῶς.

Item, die 6, scripsi ad archidiaconum Brundusinum, ad D. Angelum Tib[urinum] per Falgherii manum.

Heri, id est die 7, visitavit me Casalis, orator Angliæ; hoc notavi hodie, 8 septembris.

age 174. Die prima septembris 1530, misi breve prorogationis ad Archidiaconum.

Die 29 augusti, scriptum fuit mandatum ad Alexandrum de Caccia, nomine Pontificis, per dominum Camerarium, ut idem Alexander, qui nunc est thesaurarius Placentiæ, accipiat sibi ducentos ducatos, quos a me petebat; hoc ego accepi ex Urbe, die x septembris, Venetiis.

Die 9 septembris, visitavi dominum Theatinum, post 46 dies primum egressus domum.

Die x, accepi literas ex Urbe, absolutum me fuisse a suspensione a divinis, die prima septembris hujus ob causam iniquissimam, ut patet ex mandato Papæ, quo fatetur se jussisse alias mihi dari ab Alexandro del Caccia cc ducatos, de quibus supra. In iisdem literis scribit de Mussis Alexandrum Medicem iturum propediem cursorie ad Cæsarem, sive malit quis dicere per expositos aut expeditos equos, aut ut alii per angarias, accepturum ab Imperatore investituram (ut aiunt) urbis Florentinæ. Id si est, quod Deus bene vertat, vel brevi τὸν τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως θάνατον βλέψομεν, vel omnino magnam rerum, non Italicarum modo, sed et reipublicæ universæ christianæ perturbationem et mutationem visuri sumus, vel nos, vel posterî paulo post nostri; quod ego non magis causam puto futurum hujusce mutationis in republica Florentina, quam quoddam veluti præsigium a Deo datum mutandarum rerum magno etiam fidei detrimento. Ἔσται καλῶς. Et Deus det pacem nobis, et ad honorem et exaltationem Ecclesiæ suæ sanctæ conservet nobis Pontificem optimum et de me bene meritissimum, et ejus gressus in viam pacis dirigat, qua tota respublica christiana exultet, et, si bellandum est, in hostes fidei arma convertentur. Laus Deo.

age 175. Die 12, tempus nubilum, ventus varius et acer, frigus hyberno simile, heri jam paulo minus. Nudiustertius serena dies, sed ventosa; ante eam diem calor plusquam æstivus vigit, noctu et interdiu per multos dies, qualis non antea hac æstate, sed hodiernus dies omnino intempestivissimus est. Adusque hunc diem 15 septembris, perpetuus et multiplex ventus, perpetua fere pluvia, frigus hybernum, idque cum tonitribus frequentissimis, tam interdiu quam noctu, sed multo sæpius noctu, præsigium aliquorum magnorum malorum; quod Deus bene vertat. Item quod facturus est πρὸς Καίσαρα ὁ Βασιωνεύς discessurus, ut ex literis accepi die x præterita.

15, hora 23, cum literis ex Urbe etiam schedulæ ducat. 400, et supra.

17, hora vesperarum, visitarunt me Trebatus, secretarius episcopi Vasionensis, et Barptolemæus, secretarius legati. Scripsi ad Dominicum; dedi literas Trebatio. Visitavit me Hannibal doctor. Hora 23, visitavi Vasionensem episcopum, tum nuncium apostolicum ad Cæsarem.

18, hora 21, visitavit me D. Cæsar Baconus, vicarius Patriarchæ, fuimusque diu locuti, ἔθεν καὶ ἐβλάβην. Hora 24 1/2, visitarunt me frater Valerius protonotarius et Maphæus Leo, advocatus communis Venet. Diu sumus locuti καὶ περὶ Βασιῶνος καὶ Βηρωνέως.

19, hora 22, visitavit sororius, et decanus Clodiensis, et Antonius Brucciolus. Remisi sororium et decanum, quia novus erat Brucciolus; εἶθε μὴ πολλὰ ἀγανακτῆ καὶ κακὰ λέγη ὁ sororius.

20, nocte præcedenti, ὄνειρωγμὸς, puto e debilitate, quia heri nimis studui; ad magnam affectionem cerebri secuta ὄνειρωγμὸν diarrhœa cerebri, non absque tenesmo. Ἔσται καλῶς. Hæc scribo hora 16 hujus diei, mane.

29, hora 23, missa fuit ex Urbe citatio in causa Sancti Nicolai de Motta. Scripsi ad archidiaconum Brundusinum, D. Angelum; D. Cobellum Tiberium, dedique literas D. Andreae Falgherio per D. Angelum Barellum, qui attulit hora 3 ad eum.

Ultima septembris, mane hora 15, venit Jannicus e Lycio discedens die 16 hujus, attulitque literas a Tiberio. Ἔσται καλῶς.

Prima octobris scripsi ad dominum Dominicum; misi literas fratri ejus, qui curaret reddendas, quamvis tegmen esset ad Cauchum, electum Corcyrensem. Hora 1^a noctis, retulit frater Dominici dedisse se eas Francischeto cursori, amico præcipuo D. Dominici ⁽¹⁾.

Page 178.

Die 9 octobris, hora meridiana, visitavi reverendissimum D. cardinalem Grimandum, D. Marinum quondam discipulum meum, quicum annum domi suæ vixeram Venetiis, sed quum ille Romam esset iturus et ego impensiosem operam philosophiæ studiisque inceptoram daturus, concessi Patavium ad Mapheum Leonem, de quo supra.

Hac eadem die, scilicet 9 octobris, hora vesperarum, ad Theatinum episcopum accedens, interfui vespertinis precibus et completorio; deinde fuimus una in longis et de difficilibus rebus colloquiis usque ad 3^{am} noctis horam significatam.

Die xi octobris, hora 23, illustrissimus dux Franciscus Sfortia Mediolani exceptus fuit humanissime et honorifice ab illustrissimo Andrea Gritti duce et senatu Veneto, deductusque ad hospitandum in domibus Procuratoriæ divi Marci, in quibus potissimum degunt M. Grimanus, nuper procurator, nunc patriarcha, et M. Molinus procurator; quod felix et faustum sit omnibus Christianis. Ipsi duci Mediolani e navi descendenti ducta fuit mula

⁽¹⁾ Les pages 176 et 177 ne contiennent pas la suite du Diaire, mais seulement quelques notes de nul intérêt, et des mots rétrogrades

copiés par Aléandre, dont voici les premiers : « Animo — Amor — Sator — Satur — Omina — Roma — Rotas — Rutas », etc.

parva qua veheretur; sed maluit ipse pedes incedere, innixus duobus e suis, prope ducem Andream, magno omnium accursu.

Hodie scripsi ad Dominicum de Mussis, misique litteras ad Laurentium ejus fratrem, quas ipse curaret reddendas.

Die 14 octobris, hactenus per quamplurimos dies perpetuæ pluviae et Austri, septies aut octies factæ sunt inundationes aquarum, præsertim Mottæ, inter quas una quanta nulla alia patrum memoria. Hodie serenus factus est dies, sed ita calidus, ut timeamus ne tempus recidat in pluviam.

Die 15, pluvia toto die; sed hora 23 fulgura, tonitrua, pluvia continua usque ad horam tertiam noctis, qua isthæc scribo, et pluere adhuc perseverat. Ἐσται καλῶς.

Heri discessit D. Gregorius Clodiam, ut inde Romam.

Die dominico 16 octobris, sacratus fuit calix noster manu reverendissimi. D. Jo. Petri Caraffæ, episcopi Theatini, Venetiis; quem emeramus libris 81, s. 8, de quo alibi.

Hodie ad vesperam visitavit clarissimus vir D. M. Dandulus, doctor, eques et consiliarius Venetus.

Die 17, ad vesperam, visitavit me magnificus dominus Matthæus, supradicti domini Marci filius.

Die 18, gustavi malvarium novum, edi lagana nimis salsa, post prandium fere febrivi, atque adeo nunc, dum scribo, hora 23 hujus diei. Ἐσται καλῶς.

Die 19, sodales qui Reales dicuntur in navi Bucentauro celebrarunt festum sodalitiæ, sive ejus auspicia, quibus interfuit Franciscus Maria, dux Mediolani, adhibitis centum fere nobilibus matronis, quæ in navi tripudiabantur magnifico et precioso apparatu instructæ; cymbæ multæ certatim ad propositum brabium concurrerunt; navis autem susque deque per rivum, qui Canalis Magnus dicitur, remulco agebatur, tripudiantibus illis qui ea vehebantur, nobilibus utique sodalibus et matronis. Datum postea epulum matronis et aulæ ducis Mediolani ad Divi Thomæ.

20, Boreas vehementissimus et serenissimus dies; canales Veneti fluctuabant maris instar. Cœpimus colligare capsas librorum; aliquæque acciderunt irascendi causæ culpa Francisci nepotis.

21, continuavit Boreas, obnitente Euronoto, unde magna et periculosa tempestas, etiam naufragium duarum navium extra portum.

22, usque ad meridiem ventus, sed in meridie statim omnis ventorum vis ita concidit, ut ne folium quidem aut frons in arbore moveatur. O divinæ potestatis virtus!

22, visitavit me D. Lazarus Bonamicus, et M. Antonius Superantius et duo nobiles

Slesii docti, quorum alter Loveus vocatur, alter Item nepos Nicolai Granzii e libera sorore. Literæ à Dominico de Mussis de diluvio Urbis⁽¹⁾.

Page 188.

1530, die dominica 23 octobris, hora 23, litteræ ex Urbe a Dominico de Mussis de diluvio Urbis et clade quasi generali in ea civitate.

Item quod, die Veneris 14 hujus mensis et anni, R. P. D. Petrus Bovius, filius D. Alexandri del Bò, ortus quidem Brundusii, sed Bononia oriundus, creatus est et publicatus episcopus Hostunæ, quæ civitas provinciæ meæ suffraganea est. Fuit id factum in consistorio Romæ, intercedente auctoritate et patrocinio ill. D. Ferdinandi Gonzaga, fratris ill. D. ducis Mantuæ, cujus D. Ferdinandi favorem promeruit D. Andreas Bovius, prædicti domini electi frater.

Accepi item supplicationem super impetratione beneficii S^{ci} Nicolai de Motta, Cene-tensis diocesis. Ἐσται καλῶς. Datum fuit kal. septembris anno 7^o Clementis VII.

Ex his litteris, quas et hodie et heri accepi, percipio tantam fuisse inundationem Tyberis quantam patrum memoria nullam, adeo omnes vinariæ cellæ non solum sunt repletæ utque pleræque omnes subterraneæ sunt, sed nulla fuit domus immunis ab hac inundatione præter montanas; plusquam ccc domus dirutæ funditus sunt; multo plures, nisi trabibus suffulcirent, jamjam ruerent. Aqua passim ubique ad primum tabulatum attingebat. Timendum est a peste, nam simili casu et hoc mense, temporibus Mauritii imperatoris, pontificis Pelagii, cui successit Gregorius Magnus, et inundatio Tyberis facta est et pestis illa omnium sævissima secuta est, quæ et Pelagium absumpsit, et, Gregorio succedente, vix potuit tandem post universalem fere omnium interneconem per septiformem litaniam, quam instituit Gregorius, extinguere; vide Diaconum et alios. Idem accidit tunc in Venetiæ et Liguriæ regionibus, præsertimque Veronæ, cujus urbis murorum bonam partem athesis diruit, aqua ad superiores usque fenestras ædis Divi Zenonis ascendit neque tamen intravit, ut testatur D. Gregorius⁽²⁾.

⁽¹⁾ Les pages 180-187 sont remplies par des notes des années 1527 et 1528, qui ont été insérées plus haut à leurs dates, p. 58 et 70. Au bas de la page 179, Aléandre a ajouté un renvoi à la page 188 : « Infra 188. »

⁽²⁾ La page 189 contient un extrait d'une homélie de saint Jérôme sur l'évangile de saint Mathieu pour la fête de saint Étienne — Les pages 190 et 191 manquent; les pages 192 et 193 contiennent des notes des années 1512 et 1514, insérées plus haut à leurs dates, p. 40. — Nous ajouterons ici une dernière note, la plus récente en date, qui se trouve sur la couverture du *Diaire*, et qu'il faut rapprocher d'une note

du ms. Vatican. 3296, publiée par M. L. Dorez dans la *Revue des bibliothèques* (1892), t. II, p. 58 : « Nota quod, hodie x februarii 1531, delevi bona causa in fronte cujusdam libri in membrana, n^o 606, in quo continentur concilia Galliæ et Hispaniæ, inscriptionem hanc ecclesiæ Lateranensis in Urbe, et hæc quia inveni hunc librum in bibliotheca nostra post cladem Romanam adlatum, et Pontifex voluit esse ejus Bibliothecæ Vaticanæ cum aliis, si qua volumina adinveniuntur Romæ, privatarum personarum, quia melius et commodius ad usum Pontificum et universalis ecclesiæ hic esse videtur. »

ubi Veronensis fuerat pransus. Hinc visitavimus D. Lazarum, virum doctum, oratorem regis Galliae, mox de Curta, oratorem ducis Mediolani.

31 decembris, hora 23, visitavit me dominus Veronensis, quum paulo ante discessisset a me D. Philippus Donatus, quondam clarissimi Hieronymi filius, et D. Hieronymus Niger et D. Hieronymus Vinius, canonicus Brundusinus.

1530.

Prima *januarii*, Venetiis publicata pax inter Pontificem, Imperatorem, Regem . . . , Venetos et ducem Mediolani. Celebratae supplicationes in platea divi Marci; in ea pompa multa argentea vasa diversi generis fuerunt ostentata, nocte facti ubique ignes laetitiae et pulsatae campanae. Quod felix et faustum sit ecclesiae Domini. Amen.

Page 122.

Die 2 *januarii*, nota quod die Mercurii 29 decembris proxime praeterita facti fuerunt oratores ad Caesarem Marcus Dandulus, D. E., Aloysius Mocenicus eques, Aloysius Gradonicus, olim orator ad Leonem pontificem, Laurentius Bragadenus, vir in physica doctus.

Die 3 *januarii*, post prandium *ivi Muranum*, ubi significaverat D. Veronensis se expectaturum me, sed jam aberat, redivi igitur Venetias, visitavi templum divae Virginis a ponte fabae, postea petivi templum divorum Johannis et Pauli, post xxii annos interfui completorio: venit illuc carissimus amicorum D. Johannes Harmanus; post occasum solis, quum jam ignes et luminaria, pacis novae causa, tertio die, pararentur, discessimus, venimusque longo ambitu pedes domum, unde magnum sensi nocumentum in renibus quum essem vestibus gravatus; non nihil etiam laesus sum nebula, quum incederem noctu absque pileo.

Postridie, scilicet *4 januarii*, sensi dejectionem cibi e stomacho e praecedenti nimio motu, sicuti solet mihi accidere, duravitque usque ad hodiernam diem, scilicet Jovis *6 januarii*, quam *visitavi Veronensem*, quicum in medio itinere depræhenso petivi *D. Theatinum Carapham*, fuimusque ibi ad noctem ubi aderant *D. Vincentius Grimanus*, quondam principis filius, *Augustinus de Mula*, *Antonius Venerius*, *Hieronymus Emilianus*, *Hier. Caballus*, patricii Veneti, et *Jacobus Johannis*, civis, omnes viri probi et sanctis augendae religionis et pietatis operibus intentissimi. Hora 24, decedentes illinc, petivimus pedes templum Charitatis, unde mihi aucta est *διάρροια* et magna debilitas.

Page 123.

Die 7 Veneris *januarii*, ego et Maffeus Leo petivimus Muranum, fuimusque cum Veronensi ad horam usque 24, unde tum e colloquio multo, tum ex aere non parum nocu- menti sensi; et propterea etiam, ut puto, quia bibi hodie primum in hac regione ves- pere vinum e domo D. archiepiscopi Cypri, multo magis debilitas stomachi aucta est. Deus bene vertat. Ego vero maxime timeo ne invalescat fluxus quidam epaticus.

Murani hodie, post 22 annos, vidi D. Raymundum a Turri, virum doctissimum et doctissimorum patris Hieronymi, et Marci Antonii et Julii et Jo. Baptistae, fratrum, me-